

æquis iudex erit, quem utrique expectamus, cuius v-
trique flabimus lenientia, ad illum disceptationem
nostram deferamus. Fallor nisi in hunc sensum Cyril-
lus intelligit. Querunt Origen, Chrysoft, Theophyl.
& Euthym. vnde Samaritani Messiam expectarent
praesertim cum quinque tantum Moyses recipere
libros, vt notat Origen. Respondent ex illis ipsis Moy-
sis libris hoc didicisse. Nam. Gen. 49. 10. manifestam
de Messia prophetiam esse. Non auferetur scriptum de
Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.
Et Deut. 18. 35. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis
sicut me suscipit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audis. A-
liaque illi proferunt iude de libris testimonia, quæ
lector, si volet, videre poterit.

Qui dicitur Christus. Inter omnes conuenit hæc
verba Euangelista esse nomen Messia, quod, vt alibi
diximus, Hebraicum est, Græco interpretantis verbo,
qua lingua scribitur.

Cum ergo venisset, ille nobis annuntiabit omnia. Congruenter
superiori interpretationi sic expono. Cum
venisset, id est cum sese nobis Samaritanis ostenderit,
cum ad nos docendo peruenisset, iam enim in Iudæa
natum ferunt, docere que ibi cepisset. Aut ex aliorum
sensu, Cum venisset, id est cito dicitur nasciturus, cum
natus fuisset, ille nobis & quaestioem istam, & cetera
omnia, quæ ad religionem pertinent, explicabit.

26. Ego sum, qui loquor tecum. Quam breuiter, quam
perspicue sese Christus muliercaue, quis sit ostendit.
Quam breui tempore, quantum illi confert benefi-
cium. Merito quid cause fuerit, cur nunquam Iudæis
ipsis, quorum potissimum causa venit, se tam aperte
declarauit, queri solet. Omnes hoc mulieris eius
simplicitati tribuunt. Nam Iudæi maligno plerum-
que animo, hæc mulier dicendi causa Christum ro-
gabatur. Sic Origen, Ammon, Chrysoftom, Theophyl-
act, Euthym, & Rupertus. At cur non se illi statim,
sed post longam disputationem aperuit? Respondet
Theophylact idemque Cyrillus indicat, duabus id
de causis fecisse, & vt arrogantia susceptionem iraret,
& vt facilius mulieris, quod dicebat, persuaderet. Ete-
nim illi statim initio dixisset, Ego sum Messias, ante-
quam ad verbis, & factis viam sibi ad fidem muniret,
& arrogans, iactorque sui inemptissimus visus fuisset,
& non fuisset creditus. Gradatim eam mulierem, vt
Cyrillus ait, ad fidem duxit. Primum quasi nihil de
hæc cogitans potum ab ea postulauit. Deinde ex
eius verbis occasionem sumpt hæcæus declarandi
se vulgarem non esse hominem, si scires dominum Dei, &
quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere, iam illi se Messiam
esse significabat, sed palam non dicebat. Rursum ex
secundo responso mulieris occasionem sumit dicen-
di aduenisse Messiam, Venit hora, & nunc est, quando
veris adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.

Denique cum mulier Messiam nominasset, significaf-
setque cognouisse se iam venisse, seque illi, quicquid
de religione doceret, credituram, verbum Christus
atrupit, seque eum ipsam Messiam esse dicit. Credit
ergo sibi, quando eius quodammodo tribunal ap-
pellasset. Monet Cyrillus eos, qui docendi in Ec-
clesia curam habent, vt hoc discant exemplo se ad
auditorium captum accommodare, nec omnia illis
simul tradant, sed faciant per res faciliores ad diffici-
liores gradum. Moneo eos ego qui se in iuandis spi-
ritualiter aliis verari profiterentur, vt res qualibet
occasionem capiant, sermões omnes ad spiritualem
eorum quibuscum loquuntur, vtilitatem reuo-
candi.

Ocasio ca-
veres ad-
monedi ex
re quali-
des captam
da.

27. Et continuo venerunt discipuli eius, & miraban-
tur, quia cum muliere loquebatur. Quorundam hoc Ioan-
nes indicat Cyrillus causam reddere voluit, quam

A obrem non ultra inter Christum, & mulierem pro-
gressus esset sermo, quia interuentu nimirum discipu-
lorum interruptus est. Contra vero Chrysoftomus, &
Theophylactus diuinitus factum esse, vt non ante dis-
cipuli uenerint, quam sermo ille Christi tam saluta-
ris finitus esset. quo se illi Messiam esse declarauerat,
eo vero finito statim venisse, quasi ad Deo detecto fuisset,
ne ante uenirent. Cur autem mirati fuerint, quod
cum muliere Christus loqueretur, Euangelista non
docet. Plerique autem veteres eius humilitatem
miratos fuisse putant, quod indignatus non fuerit
cum muliere, & quidem alienigena, & paupere lo-
qui. Sic Origenes, Ammonius, Leontius, Chrysoftomus,
Cyrillus, Theophylactus, Euthym. Eodemque
sensu uidentur D. Augustinus, & Beda, interpretari,
Quia querebat perdis am, inquit Augustinus, qui uenerat
querere, quod perierat. Hoc illi mirabantur. Bonum enim
mirabantur, non malum suspicabantur. Aliam Ammonius
interpretationem adhibet, miratos fuisse disci-
pulos, quod cum Samaritana loqueretur, cum non u-
terentur Iudæi Samaritanis. Sunt inter postremos
auctores & recentissimos, qui existimant propterea
miratos, quod scirent Christum solum non esse cum
mulieribus colloqui, mirati enim homines in solita.
Cyprianus in libro de singularitate clericorum ideo
mirator putat, quod non satis honestum esse uideret,
vt solus cum sola miracula loqueretur. Idque uide-
tur uerba præ se ferre.

Nemo tamen dicit, Quid querit? aut quid loqueri uult
eas? Sciens, vt ait Leontius, non sine consilio Chri-
stum id facere. Chrysoftomus, Theophylactus, & Euthy-
mius existimant affluentes fuisse discipulos, & in-
struendos à Christo, ne eius facta diuindicaret. Querit
autem idem Chrysoftomus, & Theophylactus, quid
causa fuerit, quod modestiores solito hoc loco fue-
rint. Nam & alibi audacter interrogasse Christum,
quis ipsorum uideretur esse maior, & Ioanem super
eius pedibus recubentem de proditore, quinam es-
set, scilicet uisum. Respondent illicrem suam esse, hic
alienam. Præclarum exemplum, unde dicere inferio-
res debent, non oportere eos de superiorum consilio
facti que iudicare. Quam moderationem si homines
erga homines, multo maxime homines erga homines
tenere debent. Nunguam dicitur uisum esse, qui se finxit, quid
mescifus sit? & opus tuum absque manibus est.

28. Reliquis ergo hydriam mulier, & abiit in ciuitatem. Voluit nobis Euangelista, vt etiam Leontius
admonuit, hoc facto ante oculos ponere, quanto sta-
tim ardore fidei mulier illa fuerit incensa. Vique eo
profusus, vt uelut iterum omnium oblita, & aque,
cuius hauriendæ ferendæque causa uenerat, & ipsius
hydriæ, quam secum tulerat, nihil iam aliud, quam
de Christo, deque communicando cum omnibus
inuenio à se thesaurum cogitare. Expressum exem-
plum hominis uere connecti, & à Deo inspirati, om-
nia statim relinquere, etiam quæ in manibus ha-
beat. Quemadmodum uocatos à Christo Apostolos
fuisse legimus, Et continuo, inquit, reliquit uerbum secus
sunt eum. Hoc se fecisse D. Paulus affirmat, Cum, in-
quit, placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ,
& uocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me,
vt euangelizarem eum in gentibus, continuo non acquiesci
carni, & sanguini, Galat. 1. 15. 16. Notauit exemplum
Origenes, & nobis mouit imitandum. Mulier, in-
quit Augustinus, audito, Ego sum, qui loquor tecum, &
recepto in cor Christo Domino, quid faceret, nisi iam hydriam
dimiseret, & euangelizare curaret? Proiecit cupiditatem,
& properauit euangelizare ueritatem. Discant qui uolunt
euangelizare, & proiciant hydriam ad puteum. Uenerat
mulier ad fontem Iacob, inuenioque Christo meliorem fonte
aqua

Exemplum
hominis
uere con-
necti.

Matth. 4.
10. 12. 6. 9.

Tract. 15.

Tract. 15.

Tract. 15.

aqua uisum salientis in uitam eternam illum negligis, ex hoc
hauris, vt Chrysoftomus 33. Theophylactus, & Euthym,
hoc loco tradiderunt.

29. Venite, & uidete hominem, qui dixit mihi omnia,
quæcumque feci, nunquid ipse est Christus? pedetentim egit,
inquit Augustinus, ne illi quasi irascens, & indigna-
rentur, & persequerentur, Venite, & uidete hominem, qui
dixit mihi omnia quæcumque feci. Singula uerba plena
prudentia sunt, & vt ait Chrysoftomus, quemadmo-
dum Christus illam paulatim, & sensim ad fidem non
tam traxerat, quam adduxerat, sic ipsa Samaritanos
adducere conatur, vt facile iam Christi discipulam
agnoscas. Primum non dicit, Credite mihi Messiam
uenisse, ego uidi. Sed inuitat vt & ipsi ueniant, non
uult sibi, sed Christo, & ueritate credere. Neque
dicit, Venite, credite, sed uenite, & uidete, vt Chryso-
stomus, & Leontius adnotantur. Videre autem hoc
loco non solum opinor significat uisum, sed experi-
mentum, atque iudicium. quasi dicat, Venite, experi-
mini, explore, inditeque, num ille Messias sit.
Confidebat enim fore mulier, vt simulatque uide-
rent eum, & aliquid interrogarent, aliquid coram ip-
sis diceret, faceret, uide eam Messiam esse cogno-
scent. Sicut uisum, inquit Cyrillus, sufficiens ad fidem, fa-
cies uisum illi in uisumque miraculis uisores. Nam
qui uisum non uisum fecerat, & hanc diuinam possidet digni-
tatem, quomodo non uisum esset, qua uoluerit? Nec
dicit, Videte Prophetam, aut Christum, sed uidete
hominem, quamuis supra hominem esse crederet,
vt Origenes, Chrysoftomus, & Euthymus obserua-
runt, qua hoc ipsum maluit ab eis exploratum cre-
di, quam à se dici. Quo enim leuius eos trahere uide-
batur uelle, eo magis traherent vt Leontius, & Euthy-
mi indicantur. Nec trahit, vt Theophylactus
ait, dicere omnia, quæ fecisset, ab eo sibi fuisse præ-
fata, sed se ipsam infamat, vt eos ad Christum addu-
cat. Sic debet euangelici prædicatores per infamiam
& bonam famam, ut ait D. Paulus, Christum annun-
tiare. Non dixerat illi Christus omnino omnia, quæ
toto tempore uita sua fecerat, sed dixerat quæ præ-
cipua erant, quæ maxime erant occulta, & mulie-
rem poterant commouere. Ex illis enim facie con-
ieciuram poterat, quæ dicebat, omnia, si uellet,
posse dicere. Propterea uincite dicit, Qui dixit mihi
omnia, quæcumque feci, vt Chrysoftomus putat. Aut
vt ego arbitror, hyperbolica, uel synecdochica lo-
cutio est, qua, vt res que dicitur exaggerat, præ-
cipua totum ponitur. Quod autem addit, Nunquid
ipse est Christus? nihil aliud a se, si dicamus dixisse da-
bitando, nihil enim mirum, si nec dum perfectam ha-
bere fidem, cum longo tempore discipuli ipsi uix ha-
buissent. Tamen uero similis est, & toti orationi con-
gruentia, non dubitandum, sed addubitantis modo
dixisse, ne de re tanta præiudicare impetria mulier
uideretur, sed omne iudicium illis relinquere, quos
ad capieudum experimentum inuitabat, vt Euthym,
interpretatur.

Libr. 2.
cap. 100.
dicit 24.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

2 ad Co-
rinth. 6. 8.

currede debemus. Recte Cyrillus Samaritanorum in
credendo felicitatem cum Iudeorum duritie compa-
rat. Samaria, inquit, dimissum peccatorum suorum non
peccauit. Ezech. 16. 51.

31. Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi manda-
ca. Quod Christum discipuli rogauerint, vt cibum
sumeret, Chrysoft. Theophylactus, & Euthym, non im-
probate quidem ulla, sed caritate fecisse interpre-
tantur, quod eum festum de via esse scirent. Notatur
quoque Ammonius, Theophylactus, & Euthym, uer-
bum epōrōn, quod proprie significat interrogare, ac-
cipi hoc loco pro παρρησια precabantur, exhorta-
bantur vt cibum tunceret. Vera hæc sunt. Sed uiden-
tur mihi Apostoli aliquam, vt eum rogarent, occasio-
nem habuisse. Nam si illi quidem statim ut appositi
cibi sunt, sumere cepisset, nihil uique fuisset causa,
quam obrem illum rogarent. Est igitur uero simile,
Christum appositum iam cibum prius sumere noluisse,
sed hæc esse meditando, & quasi aliam in rem,
quæ magis sibi, quam cibum curæ esset, animo desi-
xam. At quam ob rem cibum sumere prius noluerit,
aut qua de re cogitandus hæserit, probabilis Cy-
rillus coniectura est, scuisse eum Samaritanos à mulie-
re uocatos uenturos esse, noluisse que ante cibum ca-
pete, quam illos ad patrem suum adduxisset. Hoc e-
nim est, quod statim dicit, Ego cibum habeo manducare,
quem uos nescitis, & Meus cibum est, ut faciam uoluntatem
patris, qui misit me. Dedit Euangelicus prædicatoribus sin-
gulare documentum, vt cibum, & potum, ne dum a-
lia quæ minus sunt ad uitam necessaria, prædicationi
post habeant.

32. Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Quem cibum intelligat uerf. 34. declarat. Illud mo-
do notandum uideri Christum de industria cibum
non sumere, vt à discipulis sumere rogaretur, occasio-
nemque ex eorum captaret uerbis de matuta iam
ad messim segete discedendi, ut secessu, qui mello-
re futuri erant, præpararet, eoque ad cibum illum,
in quo ille fumendo totus erat occupatus, inuitaret,
vt de Samaritanorum, aliarumque gentium salute
cogitarent. Tanquam magistros, inquit Ammonius,
uobis terrarum assuescit corporalem cibum Dei uoluntati,
hominumque salutem proponere. In hanc etiam sententiam
hunc locum Cyell. edidit, Arabis, inquit, qua
iam instabant, responso rexitur, oculis uisum significatur,
quod si discipuli scirent de Samaritanorum conuersione iam
agi, de illo cibo magis cogitarent, quam de corporali consu-
lerent.

33. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nunquid aliquis
attulit ei manducare? Apparet non magis discipulis
intellexisse, quod Christus de cibo, quam Samarita-
nam illam mulierem, quod de aqua dicebat uerf. 10.
Nam & illa non nisi corpoream aquam, & hi non nisi
corporeum cibum cogitabant, vt Chrysoftom. Cy-
rillus, August. Beda, Theophylactus, Euthymius ad-
notauerunt. Quis mirum, inquit Augustinus, si mulier
illa non intellegebat aquam, ecce discipuli non intelligunt
esam? Itaque nihil erat causa, cur Origenes suum il-
lum Heracleonem propter hanc interpretationem re-
prehenderet, quam tot post clarissimi auctores pro-
baucurunt. Dicebant ergo ad inuicem, id est inter se, non
palam, non ita ut Christus audiret. Non enim aude-
bant recitentis causa, vt ait Euthymius, hoc ipsum
illum iactarent. Dubitant autem eque illi se ab-
sentibus cibum attulerit, incredibile iudicantes eum
cibum non sumere, si ante non sumpsisset, cum festum
de via esse scirent, tempusque meridie uerf.
6. & ieiunium ad eum locum peruenisse. At quis illi
cibum attulisset? Aut aliquis, qui eo forte uenisset,
famelicumque uideret esse, sicut mulier repererat
hibun-

Corinthi
cibus ho-
minum sa-
lutem pro-
ponere. Ezech.
16. 51.

scribendum, à quo se diligentia dolebant esse superatos. Aut, vt Origenes interpretatur, putabant angelum illi aliquem tulisse cibum. Aut, vt ait Leontius, existimabant accidisse illi, quod acciderat Danieli cū in lacum leonum conclusus esset, Habacuc prandium illi à Deo, quod messoribus suis parauerat, ferre cogere. Daniel. 1. 4. 33. Vel quod accidit Eliæ, cui coruus iussu Dei prandium quotidie, cænamque ferebat 3. Regum 17. 6.

34. *Messis ista est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Clarius discipulis exponit, de quo loquatur cibo, quam excocterat Samaritanæ, de qua aqua locutus esset. Sicut solebat illis d. serere, quæ alius in parabolis, obfcuræque dixisset Matth. 13. 36. 37. & 13. 16. 17. Aliquid enim discipulis concedendum erat: & discipuli facilius, quam mulier aperte, & sine metaphorico loquentem intellexerunt: & erat magis necessarium hoc discipulis, quâ illud mulieri de latere, quæ, vt ex Ammonio, & Cyrillo superiore versus diximus, oportebat eos tanquam messoris, id est magistros iustitiae, vt eundem illi cibum rebus omnibus anteferrent. Voluntatem autem Patris salutem hominum intelligit, vt Euthymius admonuit. Itaque significat voluntatem Patris propterea in modum cibi sibi esse, hoc est gratiam, iucundam, atque suauem, quia in procuranda hominum salute versatur, non solum quia Patris voluntas est. Salus nostra veluti condimentum illi erat patris voluntatis, quæ illam per se iucundissimam reddebat iucundiorum. *Iudicis, inquit, Domini verba iustificata in semetipsis, desiderabilia, super aurum, & lapidem pretiosum, & dulciora super mel, & sauium, Psalm. 18. 10. ii.* Non dixit vt faciam voluntatem Patris, sed voluntatem eius, qui misit me, quia et si idem esset, non eandem haberet vim. Dum enim dicit, *eius qui misit me*, indicat in hoc ipsum se fuisse missum, vt eam faceret, id est vt hominum salutem procuraret. Hoc magis declarat cum dicit, *vt perficiam opus eius*, id est negotium mihi ab eo iniunctum, vt ad salutem homines adducerem.

35. *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* Subobscuro locus. Primum videndum, de qua messe discipulos loqui intelligat, cum dicant, *adhuc quatuor menses sunt, & messis venit*: deinde de quomodo quatuor illi menses intelligendi. Origenes videtur existimare discipulos de spiritali messe intellexisse, adhuc quatuor menses, id est longum vsque ad illam tempus reliquum fuisse. Adeo enim creditur difficilia docere Christum, vt antequam homines credant, id est ad messem maturi sint, multum temporis superfit. Quod et si à nullo alio auctore confirmatum video, probabile tamen iudico, modo ita intelligamus, vt sensus sit, Nonne vos existimatis me nunc me mentem Evangelicam facere, ideoque longum tempus vsque ad messem superesse, itaque auctores mihi estis, vt non de alia re quam de quiete, & cibo cogitem? Sicut solent agricolæ facta semente quiescere, & superioris anni frumentum edere, ingruente vero messe dies, nocteque laborare. Atqui non ita est. Sementis Evangelicæ iam diu per Prophetas facta est. Itaque non est nunc sementis, sed messis tempus, nec otandum mihi, vobisque est, sed gnauiter laborandum. *Alij laborauerunt, & vos in laboribus eorum introiistis.* Cæterum hic communem omnium aliorum auctorum interpretationem sequamur, Augustin. Cynill. Chryl. Bedæ, Theophylacti, Rupertus, Euthym. de messe hoc corpore intelligendum, vt ex illa Christus ad spirituale argumentetur, quasi dicat, vsque ad messem quidem corpoream, de qua vos cogitatis, quatuor menses sunt, vt vos dicere soletis, sed messis illa, de qua ego sollicitus sum,

Voluntas Dei Patris salus hominum.

Verf. 38.

alba iam est, atque matura. De quatuor mensibus maior est questio. Omnes quidem auctores, quos legere vnquam meminimus, sic interpretantur, quasi hæc quatuor ante messem eius anni mensibus dicta fuerint, id est sub mensem Februarij. Maio enim mense in Palestina messem solitam fieri. Sic Cynillus, Augustinus, Bedæ, Rupertus intelligunt. Atque hinc Cyrillus, & Rupertus colligunt hæc vere primo, id est circa Februarium messem accidisse. Non dissentio libenter ab omnibus præsertim auctoribus, sed proponam lectori interpretationem meam, & doctioribus me iudicadam relinquam. Existimo proverbium apud Hebræos fuisse *adhuc quatuor menses vsque ad messem*, quo significabant fati esse temporis, vt de aliqua re faciendam cogitarent, seque ad eam præpararent. Eodem plane modo quo Latini dicunt, *adhuc seges in herba est.* Sumptum autem inde proverbium fuisse arbitror, quod plerumque inter eum mensem quo sementis, & eum quo messis fiebat, quatuor erant menses. Fiebat enim sementis mense Nouembri, messis mense Aprili exeunte, inter quos duos menses quatuor erant December, Ianuarius, Februarius, & Martius. Illo autem tempore solitam messem fieri, Exod. 34. 22. & Leuit. 23. 15. manifestum est, vbi primitiæ frugum septem post Pascha hebdomadibus offerri iubentur. Ergo proverbium erat, vox erit otiosorum hominum qui sementem iam fecissent, nihilque vsque ad messem, id est vsque ad longum tempus haberent, quod magno opere agerent. Hoc proverbium ex semine, & messe corpore delumptum à patre Christo ad spirituale semenem messemque accommodauit. Vos dicitis, id est dicere soletis, *adhuc quatuor menses sunt vsque ad messem*, id est fati esse temporis, vt de aliqua re agenda cogitaret. Non potestis nunc de spiritali messe dicere, in quam ego vos missus sum, leuate enim oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem. Non ergo significat Christus discipulos tunc hoc dixisse *adhuc quatuor menses sunt*. Quotum enim dixisset etiam iam verum esset? Ac ne alio quidem fortasse tempore vnquam dixerant. Sed est Hebraismus, quo secunda persona pluralis ponitur pro tertia, & pro verbo passiuo impersonali, quod vtrunq; Latini, *Nonne dicitis*, hoc est, nonne dicunt, aut nonne dicitur, nonne dici vulgo solet *adhuc quatuor menses sunt vsque ad messem*? Miratus sum, cum apud doctum quandam interpretem, legi quatuor hæc mensibus breue tempus significari, quasi diceret Christus, vos ipsi indicatis tempus iam esse, vt de futura messe cogitatis, cum dicatis non nisi quatuor menses, vsque ad messem superesse? Sensus meo iudicio verbis Christi contrarius. Opponit enim discipulis se, ecce dico vobis. Opponit oculos linguæ: vos dicitis, sed ego dico, leuate oculos vestros, Opponit tempus tempori quod ipse dicit, et quod discipuli dicebant, breue longo. Illi dicebant quatuor superesse, ipse dicit nihil, aut paruum interpretem, legi quatuor enim matura ad messem segete campos abfcescere. Et si breue tempus significare voluisset, non vobis dixisset *adhuc quatuor menses*, sed non nisi quatuor menses sunt vsque ad messem. Qui enim dicit *adhuc longum indicat tempus.*

Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones. G. 7. 26. ca. campos, agros fatos. Prouocat ad experientiam discipulos, & vt diximus oculos opponit linguæ. Querunt nonnulli quos oculos leuate iubet, corporis an animi? Vtrosque inquit Leontius, & Theophylactus, corporis, vt ad venientes Samaritanos viderent, & ex illis caperent coniecturam, quam matura alia regiones essent, quando illa, quæ quia hostilis erat, maxime immatura debere esse videbatur

Messis in Palestina mensis huius, id est Februarii.

Proverbia apud Hebræos.

Hebraismus quo secunda persona pluralis ponitur pro tertia.

debat, tam matura esset, vt falcem postularat, id est ad te venire. Cyrillus, & Rupertus solos mentis oculos intelligunt, quod est probabilis, cum, vt diximus, de spiritali loquebatur esse. *Regiones vero vobis, vt inquit Leontius, multitudinem hominum, qui quæque vestris erant, non solum, vt putat Euthymius, Samaritanorum. Albentes autem, quia parata iam erant ad Euangelium recipiendum. Qui ideo messis appellatur, quia tanquam manipuli ex agro mundi colliguntur, & inferuntur, congreganturque tanquam in arcam in Ecclesiam, vt inquit Ammonius. Nam & ecclesia idcirco vocatur arca, quod in ea non sola grana, sed grana vna cum paleis contineantur, Matth. 3. 12. & Lucæ 3. 17. Sie vocat messem Matth. 9. 37. 38. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messem, vt mittat operarios in messem suam. Alio sensu Matth. 13. 39. messem consummationem sæculi vocat, quia arca tunc fuit tempore messis venturæ, & grana à paleis sepebantur, Simile, inquit, vtrique crederet vsque ad messem. Notarunt hoc Augustinus, & Rupertus, copiosius autem Origenes.*

36. *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.* Dubium an idcirco nomine mercedis, & fructus intelligit, Origenes quidem, & Rupertus diuerse esse putant, etiam, quid merces à fructu differat, non consentiant. Nam Origenes vtrunque ad futuram vitam pertinere existimat, sic tamen vt merces dicatur ea, quæ propter promissiones tanquam debita redditur, fructus vero is, qui supra debitum datur, quia non solum condigna passiones huius temporis ad futuram vitam, sed etiam reuelantur in nobis. Rupertus vero mercedem esse eam, quæ in hac vita debetur operarijs Euangelij, de qua dictum est, *Dignus est operarius mercedem suam.* Et in quamuis que domum intraverit, non maneat edentes, & bibentes que opus illius sunt. Fructum autem eum, qui in altera reddendus est vita, de quo dicit D. Paulus, *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Alii ita distinguere videntur, vt merces sit, quæ in celo pro cuiusque labore redditur, fructus vero non ad messem, sed ad dominum messis referatur. Quasi sensus sit messem mercedem à Domino messis accepturam esse, quia fructum in eius horreum congregauit, id est multos homines in vitam æternam adduxit. Ego Cyrillus secutus mercedem, & fructum idem esse arbitror. Sed mercedem appellari, quia pro labore datur, fructum vero, quia solet messoribus pro mercede fructus, id est frumentum dari ex illo ipso, quod messuerunt.

Vt qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Hoc ideo adiectum esse Chryl. hominus patet, ne quia dicitur etiam alium esse qui seminat, alium qui metit, existimaret aliquis eos, qui seminant, mercedem non accipientes. Mihi, quia de messe, & eius mercede loquebatur, tempus illud nobis representare videtur voluisse, quod omnes agricolæ & qui seminant, & qui messuerunt, accepta mercede gaudent solent. Solent enim, vt diximus agricolæ omnem mercedem frumento solvere, & in tempus messis etiam eorum, qui in hyeme apud se laborant, differre. Itaque non probo quod Chryl. & Theophyl. adnotarunt, idcirco hoc dictum esse, vt differentia inter seminatores temporales, & spirituales significetur. Qui temporalem sementem faciunt, dolere si alij merant, quod ipsi seminauerunt, qui spirituales gaudent. Solent quidem id facere qui sibi, non heri suo leuant, vt apud Hanc. 17. 10. & 61. intelligitur. Qui autem non sibi, sed heri leuant, gaudent, quod ex semente, quam ipsi fecerunt, magna pronentia leges, per quosdamque tandem sive per te, sive per alios eidem domino

metatur. De his loquitur Christus, Nam & Prophetæ Domino, non sibi seminauerunt, & Apostoli eidem Domino messuerunt: & vtrique secundam propriam laborem accepta mercede pariter gaudent. Vtrique enim cooperatores erant Dei, et illi plantauerunt, et illi rigauerunt.

37. *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.* Non dubium quia per eundem illum apud Hebræos tritum fuerit, vt Theophyl. & Euthym. adnotauerunt. Quo proverbio utebatur, cum volebant significare alium laborasse, alium eius sui labore. Sementis enim cum magno labore tempore totius anni difficillimo, incerta vero spe proventus, atque mercedis fit: messis vero & minore labore, & certo prouentu, atque mercede. Hoc igitur proverbium ad Prophetas, & Apostolos Christus accommodat. Quod Prophete sementem fecissent, id est maiorem laborem subsistit, Apostoli vero metere, id est, minus laborarent. Non quod minor Apostolorum, quam Prophetarum labor fuerit, quin multo fortassis maior, totum tetraurum orbem peragrare, per ferrum, per ignes, per cruces ire, non iam cum hominibus, qui aliquam Dei habent scientiam, quales Iudæi erant, sed cum Gentilibus, cum tyrannis, id est bestis pugnare. Sed quod multo maiorem laborem Apostoli subituri essent, si Prophetæ ante illos non laborassent, & Iudeorum populum excolendo ad recipiendum Christum, cuiusque Euangelium præparassent. Adde quod, vt postea dicemus, non loquitur Christus hic nisi de Iudæis.

38. *Ego misit vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiistis.* Omnes consentiant auctores Prophetas significari, qui antequam Apostoli venirent, in euadendo populo laborauerunt. Sic Origenes, Irenæus, lib. 4. c. 40. Augustinus, Chryl. Iohannes, Ammonius, Leontius, Bedæ, Rupertus, Euthymius, Theophylactus. Solut. Heraclion, vt Origenes refert, angelos intelligebat. Sed minime dubium est homines cum hominibus comparari. At Prophetæ apud Iudæos tantum laborauerunt, quid de gentibus? Sunt qui putent etiam de gentibus hicagi, & quemadmodum Prophetas apud Iudæos, ita Philolophos apud alias gentes homines ad recipiendam fidem præparasse, dum licet multis admixtis erroribus docebant, aliquem esse Deum, eumque bonum, rerum omnium habentem prouidentiam, immortales esse amicos nostros, proposita esse in altera vita bonis præmia, malis supplicia, alia que huiusmodi multa, quæ cum Christiana religione conueniant. Multa in hanc sententiam Clemens Alexandrinus in Pædagogico, & libr. 1. Stromat. disputat, Philolophiam prædagogum fuisse Gentilium; hoc fuisse Græcis, quod lex Moysis Iudæis fuerat. Huc pertinet quod Augustinus tradidit lib. 3. Confession. cap. 9. & libro 3. aduersus Academicos multa in Platonicorum libris esse, quæ Christianæ religionis consentanea sint, seque multum, vt Christiani fieret, eorum lectio fuisse commotum. Hoc Tertullianus non dixisset, notans vbiq; Philolophos & Patriarchas non Christianorum, sed hæreticorum nomine appellans. Probabile quidem sit Christum etiam de gentibus loqui, probabilis tamen iudico, vt de solis loquatur Iudæis, in quibus, qua decem successerant tribubus etiam numerat Samaritanos. Probant ex hoc loco Irenæus, & Theophyl. aduersus Marcionistas, & Manichæos veteris, & eundem fuisse Deum veteris, nouique testamenti, quando & in illo Prophete, in hoc Apostoli, illi ad seminandum, hi ad metendum in eundem agrum missi sunt. Ammonius vero, & Leontius colligunt ex illo verbo, *Ego misit vos*, Christum etiam Prophe-

ad Cor. 3. 6. 9.

Prophetas aduersus Iudæos, Philolophos Græcos, Samaritanos præparauerunt.

Prophetas aduersus Iudæos, Philolophos Græcos, Samaritanos præparauerunt.

Veteris, & noui testamenti, missi sunt ad seminandum, hi ad metendum.

tas misisse, ab eodem enim patre familias, & messores, & lemmatores mitti. Recte quoque Idacius in libro contra Varronem ex hoc loco Christi probavit diuinitatem, neminem enim nisi Deum Prophetas, & Apostolos mittere potuisse. Magis hanc quam recentiorum quorundam probò diligentiam, probantium ex hoc loco, antequam hoc Christus dixisset, Apostolos ab eo ad predicandum missos fuisse. Quod ut verum sit ex hoc certe loco probari non potest. Quod enim dicitur *missi*, necesse non est, ut sic interpretatur, quasi iam re ipsa misisset, sed quasi re ipsa eos elegisset, ac destinasset, ut suo mitteret tempore. Quemadmodum Matth. 10. 5. dicitur duodecim Apostolos misisse, cum non ita iam misisset, & Marci 3. 13. de illis potestatem spirituum immundorum, cum non tunc deditur, ut eo loco probauimus. sed postea cum eos mitteret ad predicandum, c. 6. 7. Dicitur autem de discipulis, tunc, quia tunc eos elegit, ut suo tempore iam illis potestatem daret.

39. *Ex eia tate autem illa multi crediderunt in eum. Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, qui a dixit mihi omnia quae uerba feci.* Quid Heracleon in haec uerba commentaretur, malo lectorem ex Origene discere, quam a me sine opere praeiorum recitari. Illud dubium, quando intelligat Euangelista illos multos Samaritanos propter uerbum mulieris credidisse, an antequam ex uibe egressi ad Christum uenissent, an postquam uenerunt? Placet mihi quod indicant Augustinus, & Beda, priusquam exiret credidisse. Hoc enim significat Euangelista, cum prius dicit multos propter uerbum mulieris credidisse, deinde quasi tempestiua faciam addit, cum uenissent ergo ad illum Samaritanos. Illa enim dictio, ergo, significat propterea eos ad Christum uenisse, quia prius credidissent. A qua ita etiam uidentur Cyrillus, & Theophylactus intellexisse. Quo autem modo tam facile mulieris crediderint, poterat enim mentiri, & rationem Leontius, & Theophylactus reddunt, nihil mulieris, ut mentiretur, fuisse causam. Nec enim conciliandae gratiae causa dicere potuisse, cum se potius infamem redderet, dum fatebatur uera esse, quae sibi Christo dicta essent.

40. *Cum uenissent ergo ad illum Samaritanos.* Cum peruenissent. Iam enim dixerat uer. 30. exierunt ergo de uitate & uenerunt ad eum. Ad quae uerba nunc post interpositum Christi cum Apostolis colloquium redit Euangelista, docetque quid Samaritani egerint, cum peruenissent ad Christum, rogarunt nimirum eum, ut apud se maneret. Non solum officii, & humanitatis causa id, ut opinor, faciebant, sed quia uolebant quem Messiam esse credebant, apud se retinere, & ut salutem ex eo perciperent, & quia honorificum erat, Messiam apud se habere. Vix enim quisquam Christum, cum non honorem sibi, sed ignominiam afferat, retinere nititur. Credibile est petuisse ab eo Samaritanos, non ut dies, sed ut semper, aut longo saltem apud se tempore maneret, ut putat etiam Chrysoström. Cum enim dicit Euangelista duos ibi mansisse dies, uidentur indicare, non concessisse illis Christum quantum petebant, sed concessisse tamen aliquid. Duplex hic questio, altera cur in ciuitatem Samaritanorum ingressus fuerit, cum ipse discipulos ad predicandum mittens id facere prohiberet, Matth. 10. 5. Altera, quare ingressus non nisi duos dies manserit? Ad primam multis modis interpretes respondent. Primum Dominum fuisse legis, quam ipse tulisset, potuisseque in ea dispensare, sicut quia Dominus erat labbati, ut idem alibi dicit, multa in labbato faciebat. quae Pharisei iudicabant fieri non posse. Deinde id non fecisse nisi rogatum, & ita

In Samaritanorum uerbum eius ingressus fuit. Mat. 12. 8.

rogatum, ut excusare humanitatis officium honeste non posset. Deinde non fecisse nisi quia sciebat, ut ait Cyrillus, quam multi si hospitium sibi oblatum acciperet, essent credituri. Ad haec quia paulatim ostendere uolebat etiam gentibus a uentum suum salutare fore. Hactenam ratione & Gentilis Centurionis sanauit uerum, Matth. 8. 13. & Chananae mulieris filiam a daemone liberauit, Matth. 15. 28. Denique id non quasi suscepto consilio, sed obiter tam uel fecisse, ideoque duos ibi tantummodo mansisse dies, ne id sponte sua, dataque opera facere uideretur, quae secunda erat questio.

41. *Et multo plures crediderunt propter sermonem eius.* Non dicit credidisse propter miracula, quae ibi fecit. Estque probabilis opinio Chrysoström. & Theophylactus, nullum tunc ibi Christum fecisse miraculum, cum enim explicare Euangelista uoluerit causam, quam obrem Samaritani credidissent, dixisset uerque propter miracula credidisse, si miraculum fecisset ali-quod, quemadmodum dixit credidisse propter sermonem eius. Neque uero quis ille fuerit sermo, natus Euangelista, contentus, ut uidem Chrysoström, & Theophylactus aiunt: ex effatu nobis ostendere, quam uel fuerit efficacitatis, cum tam multos iam breuiter tempore ad fidem traxerit. Non fuit simplex, ut opinor, sermo, sed doctus & plenus. Nam, ut Euthymius ait, doctrinam Christi Euangelista sermonem appellauit. Itaque tum quia non simpliciter, sed docendo, & quae dicebat, ut credibile est, scripturis interpretandis probando loquebatur, tum quia, ut nota Theobaldus Hieronymus, & in ual. u. & in uerbis eius uis quadam diuina, & singularis inerat, facile persuasit. Ac uero quidem simile est questionem illam, quam illi ad putentem mulier proposuerat, iterum a quibus illi propositum fuisse, multaque eum ea occasione de lege, de templo de uolendo Deo, de qua Euangelista dilexerat. Quod Euangelista dicit, multo plures propter sermonem eius credidisse, comparatio inter Chollum, & mulierem fit, uel uolens quidem propter mulierem, multo uero plures propter sermonem ipsam credidisse. Ut ostendat Euangelista Christum opinionem Samaritanorum ex uerbis mulieris ante conceptam non esse, quale modo, uerum etiam se per se. Idem Regina Saba uiso. & audio accidit Salomone, qui haec dubie Christi figura erat. *Uerba, inquit, est sermo, quem audiui in terra mea, super sermone uerbum, & super sapientiam eius.*

42. *Et mulier dicebat, quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audimus, & scimus, quia hic est uere Saluator mundi.* Non significat se propter mulieris uerba non credere, sed propter ea, quae in Christo uiderant, experti que fuerant, magis credere. Latet enim tacita in oratione comparatio, sicut in illa Osee 6. 6. Matth. 9. 13. misericordiam uolens non sacrificium: id est magis misericordiam, quam sacrificium. Mulier illa Ecclesiam uocat, ut Origenes in dicit, representat, cuius in nobis uera credimus testimonio, uisum enim per speculum in enigmate, cum autem ad Christum peruenimus, id est cum uenerit, quod perfectum est, est, etiam uerum, quod ex parte est, & uidemus eum a se ad faciem, Ecclesiaeque dicemus, iam non propter loquelam tuam credimus.

43. *Post haec autem dies.* Vide, quae diximus uer. 40. abijt in Galilaam. Perijt in Galilaam ite. Eo enim tendebat iter, cum ex Iudaea profectus est, ut uer. 3. 4. dicit Euangelista, sed Samaritanorum rogatu uertit ad eos diuerteat.

44. *Ipsi enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet.* Non uidetur prima specie satis conuenienter haec ratio reddi, cur in Galilea Christus abierit, nec enim in patria sua tunc erat, sed in aliena, ac bene hostili Samaritanorum. Duarum syl-labarum, enim, aut uisus potius, quae causa redditur, quing; prolix diuersas interpretationes inuenio. Augustinus existimat non reddi causam, quare Christus Samaria, aut Iudaea relicta abierit in Galilaam, sed cur spatio duorum dierum, quibus apud Samaritanos fuit, tam multi in eum crederent, cum tam longo tempore in Galilea, ubi eius erat patria, tam pauci credidissent, quia nimirum propheta in sua patria honorem non habet. Itaque putat Augustinus totam hic Galilaam Christi patriam appellari. Quod nescio an pba-

credimus, ipsi enim uidimus, & scimus, quia hic est Saluator mundi. Consimile quod Beda scribunt. Sic, inquit, agit hodiecum in quibus sunt, & nondum sunt Christi. Christum nuntiat per Christianos amicos, tanquam illa muliere hoc est Ecclesia annuntians, ad Christum ueniunt, credunt per istam samam, manet apud eos biduo, hoc est ad eis duo praecipua caritatis, & multo plures, & si minus in eum credunt, quoniam uere ipse est Saluator mundi. Quod dicunt, hic est uere Saluator mundi. Ammonius non aliam uim habere putat, quam hic est uere Christus, aut Messias, quasi idem eler Messiam, & mundi Saluatorem esse, quod ea non solum inter Iudaeos, sed etiam inter Samaritanos opinio de uenturo Messia esset, fore ut Saluator esset mundi. Optime omnium, quos equidem legitim, Leonius hunc locum explanat. Existimat, quod uere Saluator uocant, comparationem ad angelos, & ad ueteres prophetas fieri, quia ob salutem populi sepe a Deo missi fuerant. Missus angelus est, cum populus Hebraeus ex Aegypto fuit educendus, Exod. 14. 19. & 23. 20. Missus alius cum ex Babylonica captiuitate esse liberandus. neuter eorum uere Saluator fuit. Missus Moyses, missi alij prophetae per multos, nemo uere Saluator fuit. Quia est angeli, & homines illi sancti aliqua ex parte populum liberabant, tamen omnino non liberabant, liberabant a seruitute hominum, non liberabant a seruitute peccati: Christus ab hac uos seruitute solus liberat. Et angeli, atque prophetae liberabant populum ut inuicti, Christus liberat ut Dominus. Quod & factis, & sermonibus ostendit: erat enim docens eos, ut ait Mathaeus, sicut potestatem habens. Hoc ergo est uere saluatorem esse. Potest & alius esse sensus, ut alludent Samaritani ad uerba mulieris, quae est Christus esse dixerat. Quasi illi nunc dicant, uere dixisti hunc esse Saluatorem mundi, aut, ut alij uolunt alludent ad eos, qui paulo ante se Christum esse finxerant, cum nemo eorum uere fuisset Christus. Quis illis Iudas ille, de quo Lucas Act. 5. 37. & Iosephus scribunt. Quod autem dicunt mundi, indicat, ut idem ait Leonius, non solum Iudaeorum, ut ipsi existimabant, sed omnium etiam gentium Saluatorem uenisse. Cuius rei aliquod fortasse apud illos argumentum erat, quod ad se, qui abominabiles Iudaeis essent, uenire non recusasset. Vix credibile uideretur tantum Samaritanos duorum dierum spatio in fide profectis, nisi Euangelista tam aperte dixisset. Sed eo facilius crediderunt, fore, ut facilius Gentiles crederent, quam Iudaei. Itaque merito Chrysoström, Cyrillus, & Theophylactus multa de Iudaeorum duritie, deque Samaritanorum in credendo facilitate disputant.

Idem est Saluator mundi, & Messias.

Solus Christus uere saluator.

Mat. 7. 29.

18. antiq. cap. 1.

Idem Samaritanorum dicitur.

1. sal. 1.

1. Reg. 11. 13.

turus lector sit, mihi paulo uolentius uideatur. Theophylactus patriam etiam totam Galilaam uocari putat, sed alio exponit sensu, reddi tationem non quare in Galilaam abierit, sed quam ob rem non semper in ea manserit, sicut, quia eius erat patria, & propheta in sua patria honorem non habet. Si enim nunquam a Galilaea discessisset, non diceretur in Galilaam nunc abire, itaque cum redditur causa, quare abeat, non redditur quare abeat, sed quare ab ea discesserit. Et hoc uolentium, Chrysoström, & Euthymius, & Graecus Leonius existimant patriam dici Capharnaum. Nam & Capharnaum patriam uocaram eius fuisse, quia freques ibi comorabatur, Matth. 9. 1. notauimus. Sentum ergo esse non abiisse in Capharnaum, sed in reliquam Galilaam, quia propheta in patria sua honorem non habet. In hac interpretatione duo sunt, quae duriorum reddunt sensum. Alterum quod Capharnaum in Galilaea esset, itaque non potest Galilaam patriam esse, id est Capharnaum opponi. Alterum, quod me magis mouet, quod tunc Christus non discederet, a Capharnaum, sed a Samaria. Nam si fuisset in Capharnaum, indeque in reliquis urbes discederet Galilaea, haud absurde dici posset in Galilaam discessisse, quia propheta in patria sua honorem non habet. Similem n. locutionem supra notauimus ca. 3. 32. Cyrillus Nazareth, ubi Christus nutritus faciat, eius patriam interpretatur, sensumque esse putat, cum eundem, aut ingreditur in Galilaam Christo Nazareth patria eius occurreret. Non uis ad eam diuertere, sed in alias Galilaeas partes discessisse. Quam expositionem etiam refert, & probat Leonius. Sed uide in duob. rationibus, quibus illa superior Chrysoström refelli potest. Quae ergo interpretationem probabilissimam, aut potius uerissimam iudico, eius uix auctorem uilum praeter Origenem hominem plerumque allegoricum inuenio. Credo Iudaeam totam Christi patriam appellari, uere enim Iudaea erat natus in Bethlehem ciuitate Iudaeae. Cum ergo initio capitis Euangelista dixisset relicta Christum Iudaeam in Galilaam abiisse, eamque narrationem narranda Samaritanorum historia interrumpisset, finit Samaritanorum historia ad eam redit. Cumque idem repetisset uerbum, abiis in Galilaam (sub relicta Iudaea) causam reddit, cur Iudaeam reliquerit, cum patria eius esset, & in Galilaam abierit: quia propheta in sua patria honorem non habet. Quod uero dicitur Christus testimonium perhibuisse, perique sic interpretantur, quasi tunc hoc ipsum dixit, se propterea relicta sua patria, quae tunc que tandem ea fuerit, in Galilaam secessisse, quia propheta in sua patria honorem non habet. Alii hoc quidem non tunc, sed ante dixisse alia occasione simili Matth. 13. 57. Mat. 6. 4. & Luc. 4. 24. cum causam redderet, quam ob rem discederet a Nazareth, quae alio sensu patria etiam eius dicebatur. Itaque quae uerba uerunt testimonium perhibuerat. Minus hoc quam illud probabile est. Nam si Ioannes significare uolisset Christum alias id testimonium perhibuisse, non dubium quin ad historiam illam alluisset Nazareth, de qua modo dicebamus. At illa nondum acciderat. Apparet enim ex Euangelice historiae consequentia, tum, cum haec Samaritanis contigit historia, nec dum Christum multa miracula fecisset. Illud uero cum accideret Nazareth, multa, magnaque iam fecerat, propterea enim dicebat, *Uisique dicitis mihi hanc similitudinem, Medice curate ipsum, quanta audimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 4. 23. Alii suspicantur Ioannem non significare Christum uerbis, sed factis hoc testimonium tunc perhibuisse. Quasi dicat, re ipsa ostendisse, & quodammodo testatum fuisse nullum prophetam in sua patria honorem habere, cum noleuerit ipse in patria sua manere, sed se in Galilaam

Matth. 8. 1.

Idem Samaritanorum dicitur.

1. sal. 1.

1. Reg. 11. 13.

Expositio
auctori
probata.

contulerit. Verum sensum attingerunt, qui dicunt non esse hoc ad id tempus referendum, quo Christus relicta Iudæa in Galilæam abiit, sed ad illud quo postea, cum esset Nazareth, testatus est, nullum prophetam esse sine honore nisi in patria sua Matth. 13. 57. Mar. 6. 4. & Luc. 4. 24. Tanquam si diceret, Relicta Iudæa abiit in Galilæam, quia, ut ipse postea de alia sua patria loquens dixit, non est propheta sine honore nisi in patria sua. Frustra igitur à quibusdam disputatur, num hoc eodem tempore à Christo dictum sit, atque illud quod modo ex Matthæo, Marco, & Luca citauimus. Nec enim dubito quin eodem tempore dictum sit, ac fortasse semel. Sed Ioannes quod semel à Christo alia in causa dictum fuerat, aut vt dicam melius, postea dictum est, id ad causam similem accommodauit. Quid sit prophetam in patria sua honorem non habere, & quid ratione fiat, apud Marthæum differimus. Hoc nunc sciendum, Christum non de honore suo, sed de patris sui gloria, esse sollicitum. Non enim querebat gloriam suam, sed gloriam eius, à quo missus fuerat, vt ipse alibi testatur. Honorari enim se putabat non cum laudè, honorificeque exciperetur, sed cum faciliè inueniebatur audientiam. Qualem, vt statim declarat, apud Galilæos potius, quam apud Iudæos inuenit.

Infr. 8. v.
50. 59.

45. Cum ergo venisset in Galilæam, excepissent eum Galilæi. Non simpliciter intelligendum est excepisse, sed excepisse libenter, excepisse tanquam Christum, aut certe tanquam prophetam, & virum sanctum. Nam & prius eum receperant, cum apud ipsos toto vitæ tempore versatus esset, sed non dicitur excepisse ante, quia non vt prophetam, sed vt vnum de vulgo hominem exceperant. Opponuntur autem tacite Iudæis Galilæi, quod illi, cum populares essent Christi, eum non recepissent, hi, cum essent alienigenæ, receperunt. Ratioque confirmatur, quam ob rem relicta Iudæa uenerit in Galilæam. Euentum docuisse prudenter fecisse eum. Nam à Iudæis irrisus, à Galilæis magna benevolentia significatione receptus est.

Dies festum
hic dies
Pascha.

Cum omnia vidissent, quæ fecerat Ierusalem in die festo. Docet Galilæos magis quam Iudæos doctrina, & factis Christi fuisse commotos. Iudæos enim magis impediēbat inuidia. Non alius rebus excitatos fuisse Galilæos, vt illum libenter exciperent, quam quas apud Iudæos fecerat. Quis dies festus hic fuerit, constat ex cap. 2. 13. Nempe dies Paschæ, quo omnes, qui Moysæ legem profitebantur, Ierusalem sacrificandi causa ire oportebat, propterea & Galilæi Ierusalem ascendunt ad diem festum. Nam & ipse Christus ex Galilæa in Iudæam ierat, vt diem festum Ierusalem celebraret. Quæ autem ea fuerint, quæ tunc Christus Ierusalem fecit, quæque viderunt Galilæi c. 1. 14. 23. dictum est.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilæe, vbi fecit aquam vinum. Id est cum libenter à Galilæis esset exceptus, cum nihil in Galilæa obstaculo reperisset, quo minus, quacunque vellet, vagari posset, ueniret iterum in Cana Galilæe. Hanc vim habet particula, ergo. Quod autem dicit ueniret iterum, alludit ad id quod dixerat cap. 2. 2. eum cum discipulis suis eo inuicatum uenisse. Quærent nonnulli, quare iterum eo redierit? Leonius, Chrysolomus, & Euthymius propterea reddisse putant, vt fidem eorum, qui ad miraculum ibi factum in ipsum crediderant, confirmaret, Cyrillus, quia sciebat se ibi maiore studio receptum iit, & libenter cum gratis hominibus verfabatur. Augustinus, & Beda indicant ideo reddisse, quia cum miraculum fecit, panem in eum credidissent. Probabilior Chrysolomus, & Cyrillus coniectura. Fecit idem Paulus Syriam, & Ciliciam pertransiens, vt ecclesias, quas plantauerat, confirmaret. Act. 15. 41. Quod autem Ioannes addit, vbi

A fecit aquam vinum, quidam idcirco putant addidisse, vt Galilæos cum Samaritanis conferens ostenderet plus hos, quam illos fidei habuisse. Samaritanos enim solo mulieris vnius testimonio nullis uisus miraculis credidisse, Galilæos vero non nisi confectis ante miraculis. Sic Chrysolomus, & Theophylactus Sed non videtur id agere Euangelista, vt hos cum illis conferat, præsertim cum paulo ante dixerit Galilæos in excipiendo Christo promptos, & officiosos fuisse. Itaque potius existimo de descriptionem esse loci. Quia, in is locus factio miraculo nobilitatus fuerat, ex eo rursus,culo describitur. Quæ autem fuerit Cana, & cur Galilæa dicta sit, expolimus supra c. 1.

Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur. Capharnaum. Dubium, utrum Regulus dicitur fuisse in Capharnaum, an fuisse Regulus quidam, cuius filius in Capharnaum ægrotus esset. Leontius Regulum non in Capharnaum sed in Cana Galilæe, quo Christus uenerat, fuisse indicat. Sed non patitur hunc sensum uerba Euangelistæ. Addit enim, hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum. Non dixisset, cum audisset, quia Iesus adueniret in Galilæam, sed in Cana Galilæe, si eo querendi Christi causa uenisset. Probabilis igitur est sensum esse, fuisse quendam Regulam, vt uerbum esse non significet esse in loco, sed, vt Philo sophi loquuntur, in rerum natura existisse, cuius filius in Capharnaum esset ægrotus, aut, vt alij volunt, fuisse quemdam Regulum in Capharnaum, id est Capharnaum, cuius filius ægrotaret, vt sit tractio. Non debuit tamè hæreticorum interpres propterea mutare uerborum sensum, vt pro scriptura facta suam nobis sententiam exprimeret, sed ambigua uerba, ambigua relinquere. Quid n. si alius forte melior est sensus? Non debet, cum scriptura duos probabiles sensus habere poterit, alterum præcedere fidelis interpretis. Ambiguitas ipsa pars aliquando scripturæ est. Cur ite qui quis fuerit, cuius filius dicitur ægrotasse, Regulus appellatur, aut, vt Græce est βασιλεύς regius multique uerunt. Credo ego nostrum interpretem legisse βασιλεύς Regulus, Leonius, Chrysol. Theophyl. & Euthym. regium uocari putant, aut quia ex Regis Herodis, alteriusue Regis erat genere, aut quod regium aliquod haberet officium. Quam secundam rationem Origenes et affert. Addit & aliam, quam probabiliter etiã existimat, ministrum aliquem fuisse Cæsaris. Resertant Leonius, Chrysol. Theophyl. & Euthymius fuisse auctores, qui eundem hunc diceret esse Regulam, atque Centurionem illum, de quo Marthæ ca. 8. 5. Lucæ 7. 2. agitur. Quod multis rationibus refellunt, pluribus uero Leonius. Illum Centurionem, hunc Regulam, aut regium, id est palatinum fuisse, diuerso potius genere dignitatis. Illum uolentem Christum in domum eius ire, vt eius sanaret puerum, prohibuisse indignum se tanto ratum beneficio, credentemque posse Christum quamuis absentem solo curare uerbo, hærecusantem rogasse Christum, ut in domum suam cito ueniret, mori enim filium suum, quasi non crederet Christum absentem sanare posse. Illud accidisse, cum Christus ex monte descendisset, hoc cum uenisset ex Samaria. Illius pueri paralytici, huius febris laboras Iudæusne, an Gentilis fuerit, etiã à nonnullis dubitatur. Origenes, & Hieronymus in cōment. c. 65. Iudæusne fuerit an Gentilis hic Regulus.

Calistus in uerbo
regis in
anast.

Cor Regu-
lat appellat,
ut filius
egri pater.

Quid inter
signum, &
prodigium
interfit.

In mira-
culis natu-
rales ve-
quende
non sunt.

signa petebat, quod proprium Iudæorum erat, Mar. A 11. 38. & 16. 11. Cor. 1. 22.

48. Nisi signa, & prodigia uideritis, non creditis. Quorsum hoc Regulo Christus dixit? nec enim signa ab eo petierat. Signum quidem etiam magnum, quod petebat, vt morientem sibi sanaret filium: sed id ipsum non ideo petere uideatur, vt credat, sed quia crederet, petere uulgari responso, quam & Chrysolomus, & Augustinus, & Beda, & Theophyl. & Euthym. afferunt, credidisse quidem aliqua ex parte, sed imperfecite, cum necesse esset probaret, ut Christus domum illam ueniret, ut filium sanaret, quasi aliter sanare non posset. Leonius, & Augustinus uidentur etiam existimare nullam illum fidem habuisse, sed tentandi causa ad Christum uenisse, quod probat Leontius ex uerbis Euangelistæ, uerba 27. Interrogat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Nimirum non dum credens per Christum sanatum fuisse, id que experiri uolens ducta ratione iēpotis, & ex uer. 53. Credidit ipse, & domus eius uia. Vnde apparet, inquit, eum a sequequam miraculum esset expertus, non credidisse. Nullam prius, cum ad Christum uenit, habuisse fidem credibile non est, cum Christo obuia processisset, de sanando filio suo cum illo egerit, ubi tentandi non erat locus, cum que dicit Euangelista sermone Christi credidisse. Imperfecitam, ac fortasse dabiam, & ex futuro uenit suspensam habuisse satis ex eius uerbis apparet, id que solum probant argumenta Leonij. Alius mihi occurrit sensus, ut cum Christus dicit, nisi signa, & prodigia uideritis, non creditis, non reprehendendo dicat, sed pronuntians. Quasi dicat, cogor propter incredulitatem uestram facere miracula, quia si non facerem, mihi non crederetis. Non sanabo filium tuum propter preces tuas, sed ut multi in me eo uisio miraculo credant, alioqui inane credituri. Ita que reddat rationem, cur Regulam curare uelit. Quare redditionem illam, quæ in nonnullis Latinis codicibus, & in Græcis omnibus est, magis probat, & ipse uisus, non creditis, quemadmodum non solum Græci auctores Leonius, & alij, sed etiam Rupertus Latinus legit. Docent Ammonius, & Origenes in Græca Cæsena, quamuis non eodem modo, quid inter signum, & prodigium interfit. Signum, inquit Ammonius, dicitur à prodigio, quod prodigium sit, quod præter naturam sit, vt cacorum oculos aperire, mortuos suscitare, signum autem quod præter naturam non est, vt ægrotos curare. Origenes uero ea, quæ præter opinionem sunt, & humanam cōsuetudinem excedunt, & signa, prodigia, quæ autem aliquid significant, & quæ signa uocant.

49. Dominus descendit priusquam moriatur filius meus. Ostendit quam de Christo opinionem habeat. Putat enim non nisi præsentem sanare posse, ut Leonius, Chrysolomus, Augustinus, Beda, Cyrillus, Theophyl. & Euthym. adnotauerunt. Peruersi est ingenij ad naturam leges quas ipse fecit, Deum obligare. Exemplum simile est 4. Reg. 5. 17. Putabam, inquit Naaman Syrus, quod egredereur ad me, & stans inuocaret nomē Dēi sui, & ringeret manus suas locum leproe, & curaret me. Adeo affertur nature sumus, ut etiam miracula, quæ supra naturam à Deo postulantur, ad naturæ modum fieri uelimus. Præcedit Regulus Christi sermone, & nihil ad eius oburgationem responsum moras quas sibi Christus necesse uidebatur rēp. Missa ea faceret, quæ dicebat, propter domum suam ueniret, filium moribundum sanaret, ante quam exhalaret animam. Quare indicat se non credere posse filium suum, si forte moriatur, à Christo suscitari, q̄ altera erat in fide eius insimular. Non est tam festina fides, qui creditur, inquit, non est, Iudæi 28. 16. simile est illud, Domine salua nos perimus, Marth. 8. 25. quasi uero si petissent, ad vitam

eos Christus reuocare non posset, & illud Marthæ, & Marthæ, quæ, antequam Lazarus moreretur, sperabant fore, ut à Christo quamlibet ægrotus sanaretur, iam mortuum non uidebantur credere ab eo suscitari posse, Ioan. 11. 3. 24. Nūquam Dei auxilium serum est, quia nihil tam perditum est, quod restituarè non possit. Hoc est quod Dominus Paulus in fide Abraham optere laudat. Eide obruit Abraham Isaac, cum uenturum, & uiginti annos offerret, in quo susceperat præuisionem, ad quem dictum est, quia in Isaac uocabitur nomen tuum, arbitrans quia & mortuus suscitare potens est Deus, Hebr. 12. 11. 7. 18. 19.

50. Vade, filius tuus uiuit. Sannus est liberatus est à morte. Hebraismus est, quo significatur eum, qui sanatus est, à certissima, & iam in itatè morte fuisse liberatum. Quemadmodum uitam nobis eum dedidit dicimus, qui nos non à quolibet morbo, aut à quolibet periculo, sed à certissimo moris periculo liberauit. Phrasus est apud Danielem hoc eodem sensu frequentissima Psal. 70. 20. 79. 19. & 84. 7. & 118. 17. 25. & 137. 7. Antequam hoc Christus diceret, non dum tamen sanatus erat, cum hæc uerba iniuit, sanatus est. Dicitum factum, ut ex uerbo 53. intelligitur. Vnde colligitur his ipsis uerbis sanatum esse. Vnus enim est sermo Dei & esset. Ita que uidemus hic non rogatum fuisse Christum, quod rogatus à Centurione illo Mar. 8. 8. 9. facere noluit. Contra uero quod hic rogatus facere recusat, illic non solum non rogatum ut faceret, sed etiam rogatum ut non faceret, facere uoluisse. Rogatus illic fuerat ne in domum, ubi ægrotus erat, iret, uolebat tamen ire, hic rogatur ut eat, nec uult ire. Eodem utrunque fecit consilio. Illic uoluit promittendo se iturum esse, Centurionis, quam non ignotabat, fidem elicere. Quo enim magis se paratum, promptumque, ut eat, ostendit; eo magis Centurionis apparet fides. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dicit uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub membris, & ego dico huic, uade, & uadis, & alij ueni, & uenit. Hic uero uidentur regulum exiguum adhuc habere fidem, putareque se absentem sanare non posse, non uult ab eo etiam rogatus ire. Immo eo minus ire uult, quo magis rogatur, ne eundo confirmare reguli opinionem uideatur, se nisi eisset, sanare eius filium non potuisse. Ita que arguit non eundo eius fidem. Notatur hoc Chrysolomus, Augustinus, & Beda. Contra uero illic, ubi à Centurione rogabatur, ut solo curaret uerbo, uolebat præsentia, manūque curare; hic ubi rogabatur ut præsentia curaret, curauit uerbo, uade, filius tuus uiuit. Corripit Deus preces nostras, & non semper quod postulamus, sed quod utilius nobis fore nouit, concedit. Videtur uerbum illud uade reprehendens, aut exprobrans esse, uade, incredule, uide, experire filium tuum uiuere, & crede. Aliam uim Theophylactus habere putat, uade, id est, promptum te ad agendum quod bonum, & honestum est, ostende. Potest ad Eucharistia consecrationem hoc exemplum accommodari. Nam ut hic dicendo Filium tuum uiuit, id est sanus est, sanatus est filius; ita illic dicendo, Hoc est corpus meum, est corpus Christi, quod ante panis erat.

Auailium
Dei non
quod ierit.

Gen. 21. 12.

Hebraic.
uero ut
uere, ut
per uis
liberatus
esset.

ad Heb. 4.
12.

Preces no-
stras quo-
modo cor-
ripit Deus.